



# UNIVERSITETET I OSLO

DET HUMANISTISKE FAKULTET

## EKSAMEN – LAT1401 CAESAR, Høst 2010

Dato: 14. oktober 2010 (4 timer)

Uten ordbok

Oppgaven består av én side

Alle oppgavene skal besvares

### Oppgave 1: Oversett teksten til norsk

(fra *Bellum Gallicum* 1.20)

Diviciacus multis cum lacrimis Caesarem complexus obsecrare coepit ne quid gravius in fratrem statueret: scire se illa esse vera, nec quemquam ex eo plus quam se doloris capere, propterea quod, cum ipse gratia plurimum domi atque in reliqua Gallia, ille minimum propter adulescentiam posset, per se crevisset; quibus opibus ac nervis non solum ad minuendam gratiam sed paene ad perniciem suam uteretur. Sese tamen et amore fraterno et existimatione vulgi commoveri. Quod si quid ei a Caesare gravius accidisset, cum ipse eum locum amicitiae apud eum teneret, neminem existimaturum non sua voluntate factum; qua ex re futurum uti totius Galliae animi a se averterentur. Haec cum pluribus verbis flens a Caesare peteret, Caesar eius dextram prendit; consolatus rogat finem orandi faciat; tanti eius apud se gratiam esse ostendit uti et rei publicae iniuriam et sum dolorem eius voluntati ac precibus condonet. Dumnorigem ad se vocat, fratrem adhibet; quae in eo reprehendat ostendit, quae ipse intellegat, quae civitas queratur proponit; monet ut in reliquum tempus omnis suspiciones vitet; praeterita se Diviciaco fratri condonare dicit.

### Oppgave 2: Gi en språklig kommentar til:

ad minuendam gratiam, finem orandi og tanti, alle understreket i teksten ovenfor.

### Oppgave 3: Gjør om fra indirekte til direkte tale:

si quid ei a Caesare gravius accidisset, cum ipse eum locum amicitiae apud eum teneret, neminem existimaturum non sua voluntate factum

### Oppgave 4: (svar kort)

Hva slags karakterfremstilling gir Caesar av seg selv og av gallerne, og hvordan kan han sies å bruke disse fremstillingene for å rettferdiggjøre sin egen inngripen i galliske forhold?

Oppgaveteksten kan brukes som eksempel.

